



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 123. Edictum Galliarum Regis occasione Synodi conditum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

§. CXXIII.

Sæc. XVI.
A.C. 1551.

*Edictum Galliarum Regis occasione
Synodi conditum.*

Præterea aliud circumfertur fragmen-
tum cujusdam edicti, quod Henricus
II. Galliarum Rex hoc anno Christi mil-
lesimo quingentesimo quinquagesimo
primo die tertia Septembris Fontis bella-
quæi condidit, & Senatus die septima
ejusdem Mensis confirmavit: Illius tenor
erat sequens: „Beatissimus Pater Julius
„III. Papa, postquam generale, ac Univer-
„sale Concilium tantopere exoptatum, ac
„pro bono Ecclesiæ, nec non utilitate
„Religionis Christianæ a deo vexatæ, &
„afflictæ necessarium indixit, forte (ut
„ex bello in nos concitato coniicere fas
„est) impedire intendit, ne Ecclesia Gal-
„licana, quæ tamen haud ex infimis
„Universalis Ecclesiæ partibus est, huic
„Synodo intersit, proin præfatum Con-
„cilium, ut deceret, celebrari haud va-
„leat, præcipue pro reformatione cor-
„ruptelarum, criminum, ac errorum,
„qui grassantur in Ministris Ecclesiæ
„tam in suo Capite, quam in membris:

*Mem. de
Couc. de
Trente p. 38.
Dupin. tom.
15. p. 97.*

(*) Verum cuncta hæc veluti fructus
A a 4 erant

(*) Hoc edictum a Rege Christianissimo
fuisse emanatum ægre sibi persuadebit prudens

Lec-

Sæcul. XVI. erant progerminati ex illa oppositione,
 A C. 1551. quam Rex Tridenti factam esse crede-
 bat, quamvis hæc ipsa haud alium for-
 tita fuerit effectum, nisi quod Franciæ
 Oratores ad Synodum non fuerint able-
 gati.

Lector; præterquam enim, quod adeo misere
 fit conceptum, ut vix Grammaticalem sen-
 sum præferat, insuper prorsus infulse dice-
 retur, quod Papa præpedire voluerit, ne Gal-
 liæ Præsules Synodo intersint, ac per eorum
 absentiam disciplinæ reformationem impedire
 voluerit. Nonne durante hoc bello Galliarum
 Præsules, ac Oratores adhuc præsentibus erant?
 nonne iis etiam præsentibus, & consentienti-
 bus reformationis decreta fuere condita, nun-
 quid Regis iussu postea absentibus iisdem Præ-
 latis quam plurimæ, eæque saluberrimæ e-
 mendationis sanctiones a Synodo pro univer-
 sali Ecclesia fuerunt promulgatæ? quis dicet,
 unicæ nationis Episcopis absentibus corrupte-
 las, prout decet, in Universali Synodo emen-
 dari non posse? Ergone tunc primum emen-
 dantur abusus, quando decretis inferuntur hæc
 Basileensium Verba: *Pro reformatione Eccle-
 siæ in Capite, & membris.*

